



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Abbati Et Conventvi Corbeiensi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

576 Epistolarum Innocentij III.

justitiam denegare; nec metum quem ob
vitium falsitatis incurabant allegare vale-
bant, cùm iudicem hujusmodi incusserant si-
bi metum, nec ex eo erant aliquatenus ex-
cusandi unde debebant potius condemnari.
Nos igitur his & aliis diligenter auditis
quae partes coram nobis proponere volue-
runt, de consilio fratrum nostrorum præ-
dictas sententias, quas manifestè cognovi-
mus esse justas, decrevimus confirmandas.
Nulli ergo &c. usque incursum. Datum
Laterani iv. Non Ianuarij, pontificatus
nostrri anno quartodecimo.

EPISCOPO ET CVSTODI Argentinensi.

Epist. 138.
Ne vulgaria
judicia exer-
ciantur à Pres-
byteris.

LIcet apud judges seculares vulgaria
exerceantur judicia, ut aquæ frigi-
dæ, vel ferri cidentis, sive duelli, hujus-
moci tamen judicia Ecclesia non admisit;
cùm scriptum sit in lege divina: *Non ten-
tabis Dominum Deum tuum.* Hoc igitur ob-
servato, circa purgationem Reimboldi la-
toris præsentium, qui super hæretica præ-
vitate affligerit infamatus, taliter proceda-
tis quod morbus iste, qui serpit ut cancer,
per vestram sollicitudinem circumspectam
perfectè curetur; ita quod eum nec ini-
quum gravet judicium, nec misericordia
disoluta confundat. Datum Laterani v.
Idus Ianuarij, pontificatus nostri anno
quartodecimo.

P. PRÆPOSITO EBREDVNENSIS Subdiacono nostro.

Epist. 139.
Recipitur sub
protectione
B. Petri.

CVm à nobis perit quod justum est
& honestum &c. Eapropter, dilecte in Domino fili,
vestris iustis postulationibus &c. usque al-
sensu, sententiam diffinitivam quam pro
vobis contra nobilem virum W. Advoc-
atum Bethunie super quibusdam tallis &
exactionibus quas dictus Advocatus inde-
bitè vestris hominibus imponebat, dilecti
filii sancti Martini de Gemellis & sancti A-
cheloi Abbates & Præcentor Ambien-
sis, à nobis judges delegati, exigente justi-
tia protulerunt, sicut est justa, nec legi-
ma provocacione suspensta, auctoritate a-
postolica confirmamus & præsentis scripti
patrocinio communicimus. Nulli ergo &c.
usque incursum. Datum Laterani ii. Kal.
Ianuarij, pontificatus nostri anno quartode-
cimo.

P. SVBDIA CONO NOSTRO Præposito, & Capitulo Ebredunensi.

Epist. 140.
De supprena-
negligentia

Postulatis per sedem apostolicam edo-
ceri ut cùm ad vos simul & Archie-

piscopum vestrum donatio præbendarum
Ecclesiæ vestrae pertineat, utrum præben-
de vacantis donatio penes Archiepisco-
pum ipsum remaneat, si eam infra feme-
tre tempus neglexeritis pariter ordinare.
Ad quod vobis breviter respondemus
quod cùm vos & idem Archiepiscopus in-
fra tempus præscriptum negligentes exi-
titis circa collationem vacantium præben-
darum, sicut nec ab illo ad vos, ita nec à
vobis ad illum potestas devolvitur confe-
rendi, sed secundum statuta Lateranensis
Concilij ad superiorem transit donatio ea-
rundem; nisi forte Archiepiscopus, non
ut Prælatus, sed ut Canonicus, vobis
jus habeat conferendi; & in hoc casu, si
dolosè forsitan impedierit, dolus eius suffra-
gari non debet. Datum Laterani iv. Idus
Ianuarij, pontificatus nostri anno quarto-
decimo.

ABBATI ET CONVENTI Corbeienisi.

CVm à nobis petitur quod justum est
& honestum &c. usque perducatur et
factum. Eapropter, dilecti in Domino fili,
vestris iustis postulationibus &c. usque al-
sensu, sententiam diffinitivam quam pro
vobis contra nobilem virum W. Advoc-
atum Bethunie super quibusdam tallis &
exactionibus quas dictus Advocatus inde-
bitè vestris hominibus imponebat, dilecti
filii sancti Martini de Gemellis & sancti A-
cheloi Abbates & Præcentor Ambien-
sis, à nobis judges delegati, exigente justi-
tia protulerunt, sicut est justa, nec legi-
ma provocacione suspensta, auctoritate a-
postolica confirmamus & præsentis scripti
patrocinio communicimus. Nulli ergo &c.
usque incursum. Datum Laterani ii. Kal.
Ianuarij, pontificatus nostri anno quartode-
cimo.

UNIVERSIS EPISCOPIS IN quorum episcopatibus malefactores Corbe- iensis monasterii commemorantur.

QVanto amplius Corbeiense monaste-
rium ad jus & proprietatem sacrosan-
ctæ Romanæ Ecclesiæ noscitur pertinere,
& specialius ad ejus curam respicit & rute-
lam, tanto ad defensionem & conservatio-
nem ipsius propensiore cura nos opertor in-
tendere, & ejus jura illibata & integra con-
servare. Inde est quod universitatì vestre
per apostolica scripta mandamus quatinus
illos parochianos vestros qui possessiones
& bona præfati monasterij auferre pre-
sumperint & ea temerariè molestare, cum
omni